

*Galateo ju-* **Quisquis es, exiguum quamvis, ne sperne libellum.**  
*dicia,* **Tu quoque quod fugias, quodque sequaris, habes.**

„Et in proëmio juventutem sic alloquitur : Vos  
 „adolescentes nobiles & ingenui, quoniam vivere  
 „inter homines constituitis, hæc minuta, quæso, ne  
 „negligite: hunc librum, me auctore, perlegite : af-  
 „firmo vobis, neminem omnium, qui consilio hoc  
 „meo utentur, futurum, quin proficiat in moribus  
 „plurimum, mihi que agat gratias singulares & ipsi  
 „scriptori, & interpreti. In alioque proëmio *Notis*  
 „præposito, idem Chyträus ita judicat : Hunc  
 „ipsum quidem scriptorem inter omnes, qui in hoc  
 „genere argumenti cum laude aliqua versati sunt,  
 „perfectissimum esse fatentur omnes, qui eum le-  
 „gerunt, & recte intelligunt; sed tamen multo etiam  
 „plura de eo ipso argumento scribi potuisse, res  
 „ipsa loquitur. In talibus enim non omnia char-  
 „tis tradi posse, sed multa eorum sapientum mo-  
 „nitu, suasu & exemplo, nec non tempore, usu  
 „& experientia discenda esse, sciendum est. Quæ  
 judicia cum a vero haud abhorreant, utilissimisque  
 laboribus hoc scriptum paræneticum, cui *Galateo*  
 nomen, annumerari queat, eluit eo ipso Beneven-  
 tanus Archiepiscopus de Casa pristinæ famæ, ex  
 attributis *sodomie* laudibus adspersas fordes. Quan-  
 quam negari non possit, esse eum aliquando nimis  
 rigidum morum censorem, imitatuque difficillima  
 hæc ejus decori tenacissima præcepta, cum vix re-  
 perias hominem, licet studiosissimum decori, quin  
 aliqua ex parte τὸ πρέπον negligat. Hinc (quemad-  
 modum

*Casa in Ga.  
 lateo ali-  
 quando ni-  
 mis rigidus  
 est morum  
 censor.*